Fragmentarium

R̄ Simultu do uultuſ. Exultet celu̅. ymn̄.
V̄ Annuntiauerunt opera dei. In euangelio.
Ā Ecce ego iohan neſ uidi oſtium apertum in celo et ec
ce ſedeſ poſita erat in eo et in medio ſedis et incircuitu
eiuſ quattuor animalia plenā oculiſ ante et retro et
dabant gloriam et honorem et benedictionem ſedenti
ſuper thronum uiuenti in ſecula ſeculorum. Colla.
Beati euangeliſte Mathei dn̄e p̄cib͞
adiuuemur. ut quod poſſibili
taſ nr̄a n̄ optinet. eiuſ nobiſ interceſ
ſione donetur. p̄. Poſt Benedicam͞
Ā Dignuſ honore. de ſc̄o Lamb̄to. Colla.
Intercesſio q̄ſ dn̄e beati lamberti.
Regem euangeliſtarum dominum Inuitatoriu̅.
uenite adoremus. Venite exultemus.
Æterna xp̄i munera aplorū. ẏn̄. h̄. i. f.
Ā Conuocatiſ ihc duodecim apoſtoliſ miſit illos predica
re regnum dei egreſſi autem euangelizabant et
curabant ubiq;. Pſalmi ſicut de aptis.
Ā Mittens dominus et alioſ ad predicandum dicebat
illiſ meſſiſ quidem multa operarij pauci. Ā Iheſu
xp̄iſti domini gratia credentibuſ populiſ doctoreſ et
euangeliſte ſunt in miniſterio fidei miſſi. Ā Sapien
tia domini euangelij erupe runt abyſſi et annuntiantes
fecundati rore celeſti mun do ıntonant. Ā Labia
eorum ſalutarem diſſeminauerunt ſcientiam operiſ
ſanctum dignum benedictione plenum ferunt
miniſterium ſibi tradidi de uote impleuerunt.
Ā Elegit eos et omni carne et dedit illis precepta et
legem uite et diſcipline. V̄ In omnem terram.
Erant duo magi zaroeſ & arfaxar
apud ethiopaſ. in ciuitate eorū
magna que dicitur naddauer.
in qua erat rex nomine eglippus.
Hunc ita ludificabant hi duo magi.
ut dicerent ſe deoſ eſſe. Et credebat
eiſ rex. & omniſ populuſ memora
te urbiſ. R̄ In uiſio ne dei ui di et ecce
uentuſ turbiniſ ueniebat ab aquilone nubeſ q; mag
na et igniſ inuol uenſ ſplendor q; incircuitu e iuſ
et ex medio eo rum ſimilitudo qua tuor animalium

et aſpectuſ hominiſ e rat in eiſ.
V̄ De medio autem eiuſ quaſi ſpecieſ electri hoc
eſt de me dio ig niſ. Et ex medio. II.
Et ibat opinio eorū per totā ethi
opiā. ita ut ex longinquiſ regio
nibuſ ethiopie uenirent & adora
rent eoſ. Faciebant enī greſſuſ homi
num ſubito figi. & tamdiu immobi
leſ ſtare quamdiu ipſi uoluiſſent.
Similiter & uiſuſ hominū & audi
tuſ a ſuo officio refrenabant. R̄ Qua
tuor facieſ uni erant et quattuor penne uni pe
deſ eorum pedeſ recti planta pediſ eorum ut
uituli et ſcintille quaſi aſpectuſ e riſ
cãdentiſ. V̄ Sub pennis eorum manus ho
minis inquattuor par ti buſ. Et ſcintille.
Imperabant ſerpentib; ut percute III.
rent. quod & marſi facere ſolent. &
ipſi incantando curabant. Et ut
dici uulgo ſolet. maligniſ maior re
uerentia exibetur timoriſ. quā benig
niſ amoriſ. Curā ergo dſ̄ hominū
gerenſ. matheū contra hoſ aplm̄
miſit. R̄ Similitu do uultuſ anima lium
facieſ ho miniſ et facieſ leoniſ a dextriſ ipſo rum
quattuor facieſ uero uituli a ſiniſtriſ atq; aquile de
ſuper ipſorum quattuor et facieſ et penne exten
te deſuper e rant. V̄ Due pen ne ſin
gulorum iungebantur et due tegebant corpo
ra eo rum. Et facieſ. IIII.
Qui ingreſſuſ ciuitatē. cepit de rege
re preſtigia eorū. Omſ enī quoſ
illi figebant. hic in nomine ihū ſol
uebat. Quoſ illi cecabant. hic illumi
nabat. Quib; auditū illi tulerant
iſte reddebat. Serpenteſ etiā quoſ illi
ad perimendoſ homineſ excitabant.
hic conuertebat in ſomnū. & percuſſio
neſ eorū facto ſigno dn̄i percurabat.
R̄ Facieſ et pen naſ per quattuor parteſ habebant
inceden tia non reuertebantur ſed unum

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 54r – Breviarium monasticum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-pc70/3067/34198)